



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

III. Papst Clemens III. bestätigt die Stiftung des Klosters Diesdorf und diesem die freie Wahl des Propstes, am 25. August 1188.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

II. Bischof Hermann von Verden bestätigt die Schenkung des Grafen Hermann von Wertbeke zur Stiftung des Klosters Marienwerder zu Diesdorf, am 10. Dezember 1160.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hermannus, diuina ordinante misericordia Fardensis Ecclesie Episcopus. Nouerit omnium fidelium Christi tam presentis quam futuri temporis industria, quod Hermannus Comes, Odhelrici, comitis de Wertbeke, filius, pro remedio anime sue suorumque parentum in fundo terre sue, que nunc insula sancte Marie vocatur, libere deo et b. Marie obtulit et ibi canonem et inclusas moniales sub regula Augustini deo et beate Marie seruire instituit. Quo quidam venerabilis frater Yso adueniens, vt eternam sui hominis memoriam apud deum conderet, in eodem dicto agro nocte et die laborauit et proprio labore fideliumque oblatione adiutus hanc ecclesiam deo cooperante consummavit. Predictus quoque comes VII mansos hereditatis sue concessione heredum suorum eidem ecclesie libere contradidit, ea ratione, vt ipse suusque filius, vel si filii defuerint quicumque senior in cognatione esset defensor et aduocatus eiusdem ecclesie vocaretur et esset. Nos vero eiusdem comitis et predicti fratris petitionibus acquiescentes eandem ecclesiam in honorem sancte crucis et beate Marie III idus Decembris consecrauimus, et vt auditoribus diuini officii non careret villa disthorp pro recompensatione vnus mansi mater ecclesie duret et VIII villas videlicet berchmere, berchmere, abbanthorp, varenthorp, pychenusen, ellenbeke, watekoten, budenstede, quarum incole adhuc Sclaui erant, eidem ecclesie contradidimus. Ipsos etiam canonicos ibidem seruientes permissioe fundationis liberam electionem in substituendo prelato habere decreuimus, et vt nulla persona spiritualis siue secularis super eosdem deo ibi seruientes nisi solus spiritualis pater eorum potestatem et prelationem sibi usurpet firmiter precepimus. Et vt hec nostre auctoritatis donatio stabiliter permaneat habano confirmamus et sigillo corroboramus. Data Anno ab incarnatione domini M. C. LXI. Indict. VIII epacta XXII. Concurrente VI. Anno Hermanni Episcopi XIII. regnante Fritherico Romanorum Imperatore.

Gerken's Fragm. I, 1.

III. Papsst Clemens III. bestätigt die Stiftung des Klosters Diesdorf und diesem die freie Wahl des Propstes, am 25. August 1188.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis Johanni presbitero, sancte Marie in insula prouifori, et aliis eiusdem loci personis in diuino seruitio ibi commorantibus salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens ab apostolica sede petuntur, que pacem ecclesiarum respiciunt et quietem, animo nos decet libenti concedere et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter uestris precibus annuentes memoratam ecclesiam Sancte Marie in insula cum omnibus, que in presentiarum iuste et pacifice possidet aut in futurum possidebit, largitione regum vel principum seu oblatione fidelium vel aliis iustis modis poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinii commu-

nimine specialiter . . . concessionem et institutionem a bone memorie Herm. Comite, Othelrici Comitis Werbetke filio, de assensu diocesani canonicè factam donationem quorundam locorum ab ipso diocesano episcopo similiter ipsi ecclesie factam et liberam electionem in instituendo prelato, sicut ea a vobis rationabiliter et ab ipsa ecclesia iuste et sine controversia possidentur et in scripto autentico ipsius Episcopi sunt annexa, eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani, VIII. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno primo.

Gercken's Dipl. I, 425—427.

IV. Markgraf Otto überläßt dem Kloster Diesdorf seine Rechte in Diesdorf und Berkmere, um das Jahr 1200.

In nomine sancte et individue trinitatis. Secundus Otto, Dei gratia Brandenburgensis Marchio, Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod ego quicquid in villa Distorp et Beremore juris habui, ecclesie beate Marie virginis in Distorpe libere contuli. Ac nequis jam dictam ecclesiam in precariis sive exactionibus sive in cujuscunque modi obsequiis temerario ausu molestare presumat, ut hanc ratihabitionem inconvulsam permanere faciam, eam literarum mearum annotatione et sigilli mei impressione communiri jussi. Testes hujus sunt Henricus Comes de Dannenberg, Comites de Luchow, Wernerus et Olricus, Dominus Friedericus de Osterwald, Dapifer, Rudolphus et fratres ejus, Gerhardus et Johannes Ganse, Burchardus de Kocstede.

Senß Br. Urf. S. 864 (wo die Urkunde in das Jahr 1190 gesetzt ist) und Beckmann's Besch. V, I, X, Sp. 142.

V. Hermann, Propst zu Hamburg, so wie Günzel und Heinrich, Grafen von Schwerin, überlassen dem Kloster Diesdorf vier Hufen zu Barnebeck, am 10. Juli 1217.

Univerſis scriptum hoc inspicientibus Hermannus prepositus Hamburgensis, Gunzelinus et Henricus, Comites Suerinenses, salutem et obsequium. Quoniam facta hominum cum tempore transeunt et mutantur, idcirco facta eorum noticie posterorum per scripta authentica commendantur. Scire itaque volumus omnium Christi fidelium tam presentium quam futurorum industriam, quod nos pro eterna remuneratione IV. mansos in Bernebeke proprietatis nostre cum